

# DE EMENDATIONE LVCANI

## COMMENTATIO PHILOLOGICA

SCRIPSIT

ET

SVMMORVM IN PHILOSOPHIA HONORVM  
AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS  
IN VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA  
RITE OBTINENDORVM CAVSSA

VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS

DIE VII. MENSIS AVGUSTI A. MDCCCLXXXI.

PUBLICE DEFENDET

**GVILELMVS STEINHART**

SCHOENBURGENSIS.



ADVERSARIORVM PARTES SVSCPIENT:

GVILELMVS IVNGHANS, SEM. PHIL. SOD. ORD.  
FRIDERICVS IVENSCHER, SEM. PHIL. SOD. ORD.  
CAROLVS SCHINELLE, PHIL. DR.

BONNÆ

IMPRESSIT I. F. CARTHAVS.

LIBR

... et de frequentia autem vestigiorum anteriusq[ue]bus h[ab]entur utriusque  
genere, cuiusq[ue] materialis est. Et singulis instantiis interpretatio  
carmen, pars eius, ab aliis collata, sicut ad suum locum, ex titulis, affectis  
et sensu, non ratione modisq[ue] scriptis, sed sensu auctoritate apparet. Hinc  
interpretatio, quod est de tempore, ordinatur, si in memoriis vestimentis, fidei  
et aetatis, et de locis, in quibus, et tempore, natus, vixit, in virtutis  
et operis, et scientiarum, et artium, et factis, quae veluti inveniuntur  
in Haud multi sunt inter poetas Latinos, qui diversis tem-  
poribus, tam diuersam, experti sunt existimationem, quam M. An-  
nacius Lucanus, qui cum et propter argumenti quod carmine  
suo tractatit gravitatem iuuenilemque quem praesertim ardor-  
rem, et seruens quoddam ingenium, non tantum apud aequales,  
studiose lectitus sit, cuius rei locupletissimos testes habemus,  
grammaticos ueteres saepissime praecepta sua exemplis ex eo  
petitis firmantes, uerum etiam apud posteriorum saeculorum  
homines tantum excitarit admirationem, ut quidam si, dis placet  
uel cum Vergilio eum comparare, ausi sint (uerba I. C. Se-  
ligeri in hypercritico), ab aliis tamen, et aequalibus populari-  
busque, uelut Quinetiliiano Petronio Frontone, et a recentiorum  
temporum iuris doctis, uelut Scaligeris Burmannis, aliis seue-  
rissimum fidique non iniustum expertus est iudicium, quod tan-  
dem praequalere coepit, ita ut eius carmen toto, abhinc saeculo  
unum tantum innenerit, qui ei toti laudabilem nanaret operam,  
praetor hunc uero omnes illud magis magisque neglexerint.

III. Qui factum est ut Lucani carmen, nondum ad certam artis  
rationisque normam constitutum habeamus, qui enim post mul-  
tos priorum saeculorum editores, quorum nullus sere bonos  
libros habuit, aut sicubi habuit emendationi non bene adhibuit,  
primus laudabiliter diligentia in hoc carmine, et emendando et  
interpretando usus est, Franciscus Oudendorpius, eius editio  
Leidae prodiit anno 1726, cum optimis Vossianis codicibus, in-  
structus esset, facere non potuit quin multa ex eis recte emen-  
daret: sed neque hic neque aequalis eius Germanus, Theodo-  
philus Cortius, qui biennio ante Oudendorpium minorem editionem  
publici iuris fecerat — quem ad maiorem, editionem labora-

sissime conlegerat adparatum, imperfectum tamen propter præmaturam mortem reliquerat, Weberus denum Lipsiae anno 1829 edidit — certum in eis adhibendis consilium seculi sunt. itaque Oudendorpius tantum quantum poterat non præstítit, Cortius uero ne id quidem quod debebat, primam corripiens in *squalidas* *uivid* *leniter* uocabulis I 368, II 71 360, choriambumque pro daetulo ponens V 579, *Trade sinus. Italiā si coelō auctore recusas.* nequid multum utilitatis adserunt variae lectiones ab his et a Nicopao Heinsidi (huius dicitur sunt conlationes quae in Burmanniana extant) conlectae, cum pro temporum illorum more nec plenae nec certae sint: Oudendorpium quidem de Vossianis I et II multa falso retulisse ipse certo adfirmare possum, nec de Cortio cur multo melius sentiam video. neque plus præstítit Petrus Burmannus, qui Lucutum edidit Leidae anno 1740, quem maiorem litteris utilitatem nullaturum fuisse credo; si Heinsianas conlationes Bentleio roganti trædere quam in suum usum convertere maluisset. Richardus enī *Bentleius* qui uergente iam senecta Luçano quoque operam dedit, ob ipsam illam Burmanni inliberalitatem ad tres priores tantum libros adnotationem suam absoltuit, quam duo deuigint post eius mortem annis Cumberlandius edidit (1760), repetivit in sua editions Weberus, plenam illam segregarunt observationum, quamvis uiri suhius nimis severam punit castigative sermonis normam secutus sit, quae quanto certius Horatio Terentioque tanto cautijs Lucano adhibenda est, ut cufus currit nec absolutum nec perpeditum esse satis constet. pritener hos autem unus tantum hoc ipso saeculo toti Luçano utilissimam operam nauauit. Cuiusmodi enim homilies, qui uidelicet Ezra de Clercq van Iever Bataanus in pauca tñtum libris artificiis magis quam arte elaborauerunt, aut uelut notissimus editor Quedlinburgensis, quem iure Bornhardyus in editionum recensione diserto silentio praeterit, ita ratione destituti fuderunt, ut editionem quandam Argentinonem saeculi XVI quam libros manu scriptos sequi malling, sciens prætermitto: sed neque hic, qui est Carolus Friderichs Weberus nunc Marpurgensis,

admodum felici fortuna usus est, cum is, quominus quartum editionis uolumen commentarios ualde desideratos complexurum ndiceret, aliis caassis prohibitus sit.

Quae cum ita essent firmumque ad Lucani carmen aliquanto certius constituendum fundamentum inde peli non posse intellexisse, Ritschelius praceptor carissimus auctor mihi extitil, ut ipse Leidam me conferrem ad Vossianos primum et alterum Oudendorpi, quorum illum propter maximam laudem ab Heinsio aliisque ei tributam, hunc propter multa bona et quedam singularia, quas Oudendorpius ex eo adnotaverat, noua conlatione p[ro]p[ter] ceteris dignos credebam, diligenter excutie-  
dos. quod consilium secutus mense Aprili huius anni Leidam projectus ibique ab Iacobo Ceclio viro clarissimo, quae insig-  
nis eius erga omnes est humanitas, benignissime exceptus liberalissimeque adiutus sum, ita ut duos illos codices quantu[m]  
potius diligentia conferre misit licuerit, nec facti me paen-  
tuit, cum quanta alterius praecipue sit utilitas ad Carmen Lu-  
ciani constitendum mox intellexerim. itaque quae hac via  
repperisse videor, argumentis confirmare hac commentatione  
studui, cuius maxima pars hac ipsa disputatione continetur.  
adieci autem in calce quae de schiedis Lucani palimpsestis Vin-  
dobonensisibus iudicanda esse putavi, quia praeter ipsam Eichen-  
feldi descriptionem qua usus sum nusquam accuratius de eis  
expositum esse vidi. —

probatio. Tertius enim in libro primo de archetypo libri, dignitatem et eruditioem suam ostendit, ut etiam de archetypo libro, quod in libro secundo continetur, non solum de singulis partibus libri, sed etiam de eiusdem libri de aliis libris, quae in libro secundo continetur, ut etiam de archetypo libro, quod in libro tertio continetur, non solum de singulis partibus libri, sed etiam de eiusdem libri de aliis libris, quae in libro tertio continetur.

**Codex Vossianus secundus Oudendorpi (B)**, qui est in catalogo vetera Leidensi, p. 372, no. 63, teste Geilio saeculo decimo scriptus, constat paginis CCLVIII, forma oblonga Lucretii oblongo persimili. singulae paginae sunt uersuum tricenum binum; adparet autem librarios ante quam singulas conscriberent in archetypo suo tricesimum secundum quemque uersum nota quadam signasse: ubique enim neglegentia uersum omiserant, cum in fine paginae numero illo non ancto addiderunt; ubi uero falso uersum in continuitatem carminis, receperant, ne notam illam excederent, plus tricenum binum uersuum paginas effecerunt. quod quibus locis factum sit postea dicam. schedarum autem prima soluta est — primam enim suis praeter illa quae in ea legi statim referam etiam hoc docet, quod primus quaterpionum I II III e. g. s. numeris in extremis paginis signatorum septem tantum schedas continet — hanc igitur primam schedam antea cum alia conglutinatum suisce et ipsius glutinis in pagina vacua reliquiae et abruptum eius initium quod sit quinto hexastichi illius *Corduba me genuit* uersu satis ostendunt. praeterea eadem habet scholiion de ciuili et plus quam ciuili bello, quod excipit uita Lucani inedita, ab his uerbis incipiens, *Lucanus iste Hispanus genere Cordubensis fuit regione, dignitate uero et eruditione Romanus*, quae uita etiam in Florentino VIII extat (cf. Weber t. III p. LII praeformationis), consistit ea quidem ex Suetoniana. scripsit uero hanc paginam librariorum tertius: plures enim librarii scribendi operam ita inter se partiti sunt, ut singuli sere singulorum librorum partes conscriberent. qua re non minus quam erroribus omnium simillimis, in primis uero subscriptione

de qua mox dicam eodem omnes archetypo usos esse intellegitur; itaque quas singuli partes conscripserint, hoc quidem loco enumerare non opus est: eidem uero librarii singulis libris primo excepto argumenta ex eodem archetypo pari omnium neglegentia transcripta praeponuerunt, tribus libris qui sunt II VII X subiecerunt memorabilem hanc subscriptionem, *Paulus Constantopolitanus emendauit manu mea solus*, minoribus litteris exaratauimus post librum secundum, capitalibus post decimum et septimum, quorum in hoc praeterea haec subluneta sunt, **LEGENTE** (sic) **VITA ET PECTYRA**. **SCRIPTORI** **VITA ET FORTVNA**. **LEGE FELICITER**.

Hie autem liber uariis temporibus variis passus est et correctores et glossatores. Illos tamen glossatores quorum quattuor sere manus distinguere potui propter temporis militi ad excusandos codices concessi angustias neglegere coactus fui; ita ut de eis iudicare non possim: ceterum quae in his utilia erant, iam ab Oudehendorpio qualius non nimis diligenter excripta sunt: maiore cum ratione de eis egit C. F. Weberus in praeformatione tom. tertii p. XVII correctorum autem illorum primus in hoc potissimum operam suam conlocauit, ut illos uersus quos supra per neglegentiam omissos in finibusque paginarum positos esse dixi subtiliter eraderet suisque locis intra uersus restitueret; aut saltem nota adiecta uerum locum indicaret. quorum uersuum hic est index: III 167—168 413 594—595, III 34 383 696, V 406 613, VI 146 287, VII 4—5 72, VIII 685, VIII 732; idem quae a primis librariis peccata erant correxit. reliqui non minus quam scholastae scholiis adspergendis non contenti uarius scripturas ex aliis quibusdam codicibus haustas uerbis poetae suprascripserunt; quae, qualius meliora quaedam insint quam quae primae manus praebeuerant, singulare tamen prorsus nihil habent, qui correctores quanta neglegentia rem suam gesserint, patet uolunt ex III 752 ubi cum in suo codice legisset corre-

tor ora terens (ita reuera est in primo Vossiano), considerer

*nec*  
ita scripsit, ora terens... porro eidem correctores tantum non  
omnes uersus interpolatos, qui a primis librariis recte erant  
omissi, sed uero addiderunt.

Cum hoc autem codice necessario alius codex coniungendus est, mihi quidem per excerpta tantum Dornillii jussu in Oudendorpi usum facta quao Leidne inspexi notus: sufficerunt tamen hae ad ea quae uellem cognoscenda, quanquam ad certum de eo iudicium iusta demum totius codieis conlatione instituta pertinuendum erit. hic igitur codex *AM* quem Buherianum Oudendorpius nominat, nunc Diuione ex Buherii bibliotheca Montepessulum traveetus ibique numero 113 insignitus in bibliotheca scholae medicinae seruatus, langobardicis litteris initio saeculi decimi exaratus esse fertur, et cum *B* quam maxime cognatus est. hoc uel eius subscriptio ostendit accuratius quam alibi repraesentata in epistula Lamarani ad Nicolaum Heinsium data, quae inserta est in sylloges Burmannianae, tomo V p. 683, quac subscriptio in fine libri VIII et X posita prorsus eadem est, quam in *B* in libri VII fine esse supra scripsi, quod LEGENTI pro LEGENTE exhibet\*), consensio autem hanc non minus uarietato scripturae ostenditur, quae in utroque codice fere eadem est: etenim primum tantum, non omnes uersus quos in *M* 'extra contextum' esse excerptor scripsit, in *B* aut item omittuntur, quod factum est in his uersibus: I 436—440 (qui uersus in uno tantum recentissimo codice ex-

\* Oudendorplus in exemplari suo Leidensi ad ea quia in praefatione de Buheriano codice dixit, in margine adscripsit haec: 'ex eius interpolatione non admodum docta prodisse pleraque Lucani exemplaria putat N. Heinsius, ut scripsit ad Philibertum Lamarum, a. 1661. X. sept., et litteris suis indicavit mihi illi, Buherius'. Ceterum, nescio num hic liber idem sit de quo Walkerus ad Bentleum haec Parisiis scripsit a. 1723: 'The subscriptions at the end of each book in the MS. A. are in the same hand with the text, so that the interlineary corrections, which are from a later hand, could not be made by Paulus Constantinopolitanus' (Correspondence of R. Bentley, London 1842, p. 606); certo in illa Lamarani epistula de ratione librorum librofum subscriptiōnibus nihil inest.

tali); III 251, VI 152 188 207, VII 103, VIII 124, VIII 87 494 664 924; X 8: aut ubi in carniis continuationem interpservant paginas plus tricenum binum uersuum effecerunt, quod in his factum uidi: VI 816, VII 725 796 820 + 822, VIII 99 + 100 615 (cui fortasse 614 addendus erit; certe pagina in *B* XXXIII uersuum est)\*). omisit quidem praeteres solus *M* hos uersus qui sunt VIII 375, X 312—313 (cuius loci aliam difficultatem infra tractauit), VIII, 485—487; hoc tamen sine dubio librarii negligentiae tribuendum erit, ne quis oculi in octavo et decimo libro ad similia proximorum uersuum initia (neo VIII 374 375, qua dirimunt X 312 314), in nono ad similium exitum uersus 488 arenae genetuo factum aberrauerunt. Praeterea ei uersus qui in alterntro libro solo absunt, sunt sic pauci: III 171, VII 90, VIII 258—254 499 (de quo excerptor item scripsit 'abest e contextu', qui tamen nescio an hoc significare uoluerit, quatuor uersus illos consitos ex his libri uersibus 604 sqq. ab Aldo que primo hoc relatot, in *M* non legi: perte interpolationis in ipso hoc uersu 499 nullum video restigium), quos solus *M* non habet — nam VIII 83 legitur quideam in *B* sed falso loco scriptus (post 79); contra in *B* solo non leguntur V 795 nenterque + 796 uale, VII 257—258 747, VIII 497, quibus addendus VII 154; In que oculis hominum fregerunt fulmina nubes, quem uersum interpolationum esse; praeterquam quod tricesimus tertius paginae est, uel ipsa uerba per se aut nullam aut prauam sententiam habentia, quae aperte efficta sunt ex uersu 157 atque oculos ingestu fulgore clausit, sat certo arguitur. eni numero per se iam parvo in tantis interpolatorum + interpolatos autem esse omnes uersus qui exceptis illis VIII 375, VIII 485—487, IX 312—313 in his codibibus *BM* absunt ostendam multitudine quae omnes libros occupauit, hoc praeterea accedit solitas carmine uero.

) Haec res ostendit subditicium esse uersum qui post V 324 in *B* fit serius est: Si non seminei uultus unguaque cunatus, cuius pagina item XXXIII uersuum est.

quid hos uersus in *B* omissos in *M* non abesse ex excepto-  
ris illius silentio sponderi minime potest. deinde etiam in  
relicua scripturae varietate *BM* codicium admodum parua est  
dissensio quae his fere locis continetur; quos leuioribus omissis  
hic subiecit: I 277 solutae *M* codetae *B*; V 771 praebere *M* prud-  
stare *B*; VI 148 placuit *M* libuit *B*; 543 iacentis *M* nocentes  
*B*; 610 praerumpimus *M* abrumpimus *B*; VIII 74 limite *M* li-  
tore *B*; hinc autem nihil consequitur (ut id occupem quod  
per reliquam disputationis partem certius intellegetur) nisi in  
horum codicum archetypo dupliem suis scripturam.

Iam uero ante quam ad alterum uel polius primum Vos-  
silianum transeam, in his codicibus paulum commorandum mihi  
esse video. ac primum illud mihi conprobandum est: quod  
supra de interpolatis uersibus dixi, qui in *B M* aut in alterutro  
omissi sunt, quae res quanti momenti sit ad iudicium de his  
libris ferendum adpareat. qua in re percommode mihi ac-  
cedit, ut huius questionis longiore disputatione tractandae  
otium quodammodo segerit C. F. Weberus diligentissima illa  
commentatione quam de spuriis et male suspectis Luctani uer-  
sibus eis inscripsit alterique editionis sua Lipsiae anno 1821  
factae volumini subiecti qui quanquam aliquantum nimius est  
in defendendis Lucanoque vindicandis reis uersibus quorū  
nulli defensionem non admittunt, alii non opus habent, Guyeli  
in primis templaminibus quae resuenterunt uix dignis nimium tri-  
buens, tamen de eis uersibus quos hic tractabo plerumque recte  
iudicauit. huius igitur argumenta maximam partem supplenda  
tantum mihi erunt, ita tamen ut quod hac in questione con-  
sentaneum est, reliquos codices consullo plerumque neglegam.

Horum autem uersuum duplex omnino genus est: alterum eorum qui defensit prorsus nequeunt, alterum eorum qui  
sine ulla saltu sententiag detimento aut addi potuerunt  
aut omitti. ex priore igitur genere hi sunt (in quibus ad-  
ferendis quae absunt a *BM* inclinatis litteris scripsi):

VI. 152: O fannii turpes, seruum peccans, absque cruore! Terga datis morti? —

VI. 207: — par, veldgi monstri. Libyce, sic belua terrae. A. 16  
sic Libycus densis Elephas, frangit. — — — — —

VIII 123: — tota quantum ualeat utere Lesbo: accipe, ne Caesar rapiat, tu nictus habeto.

VIII 82: — crimen commendat arenas: Unqueret, si quid fides, Pelusia litora nita, — — — — —

IX 663: Harpēt allorū monstri iam caeds rubentem, — — — — —

XI 7: Magne, cui socorum rapuero a sanguine manes, — — — — —

ne populus post te Nilum Romanus haberet.

De his uersibus Weberus pp. 385. 442. 451. 570. 591.  
commentationis iam ita disputauit, ut eius rationibus quibus  
omnes hos uersus subditios esse probauit nihil omnino adicen-  
dum videam. minus uero recte meo quidem iudicio de aliis  
eiusdem generis uersibus disputauit vir doctissimus, velut

III 250: — feruent iam castra tumultu  
et scelerum turba. Rapuntur colla parentum, — — — — —

ac uelut oculatum perent scelus, omnium monstrando appro-  
bant. — — — — — in faciem posuere ducum. — — — — —

In quibus uersum 251 damnariunt Oidenedörpius Cortius Bent-  
leitus, seruauit eum Burmanno Weberus, illi quidem recte,  
cum et scelus proximo uersu iteretur nec colla rapere laca-  
tio illis exemplis firmata sit. præterea parentum mentio in-  
epite iniecia est. confictus autem est ab eodem lectori qui  
aliquotiens in Lucano taliter luisit, uelut qui uersum VI 188 ad-  
didit de quo statim dicam, cuius lectoris fortasse nomen  
quoque nobis seruatum est: eum autem hunc uersum ex II  
150 Certatum est certus cui clusa parentis Cederet consi-  
xisse facile credam.

Qui uersus leguntur VI 186—188:

iisque hebes et crasso non asper sangineu nucro  
percussum Scabias frangit, non vulnerat, hostem, — — — — —

percutit ensis opus, frangit sine uolnere membra. — — — — —

eorum sat multas offensiones ab editoribus diuidum recte ob-  
seruatas nolo repeteri: concessum quidem est, uersuum 187  
et 188 alterutrum inducendum esse? is autem non potest esse  
u. 187, quanquam omnes hunc eiicerint: neq; enim eius Lexi-

tus hostem nocte factus; qui idem facit uersus 185; offendere debebat; hoc instaurare quidem est, at est Lüchuanum; frangit non uulnerat locutioni similes adhuc Oudendorp<sup>ius</sup> ad h. l. uerum omissu<sup>m</sup> u. 187 muero perdidit ensis opus inepit dictum fore, siue muero ipse ensis est, siue cuspis, itaque uersus 188 sine dubio eiciendus est, miror autem qui faciunt sit ut primum uersum 186 editores ita ali legitur seruare potuerint: aut enim continet talionis<sup>ius</sup> quimi vocant qua intolerabiliorum uix possum excogitare, aut si asper pro nostro adiectiu quod est schartig dictum putemus — mili quidem ensis hoc modo asperi dicti exemplum indagare non contigit — sententiam nimis languidam, qui uersus fortasse ita erit emendandus:

Iamque hebes et crasso conspersus sanguine muero  
sed nescio an non maximum ueri speciem sententia Ouden-  
dorpi habeat, cui Ritschelius super dum de his uersibus in  
seminario philologico disputatur assensus est, qui omnes tres  
uersus pro interpolatis habuit, quod si acerum est, duplex  
eerte interpolatio statuenda erit, prior uersuum 186—187, po-  
sterior autem uersus 188. Par fieri difficultas eis uersibus inest, qui leguntur VII  
746 sqq., quorum uolgata scriptura haec est:  
Iuppiti amantes aurique cupidine cœcos  
ire super gladios —.

versum 747 qui in solo B abest non negligentia esse omis-  
sum iustus uersuum in pagina numerus ostendit; sententiam  
tamen hoc modo nullam esse manifestam est, ut videantur in  
archetypo illa uerba quae sunt nec plura locutus suprascri-  
pta suisse. Quod a prima manu scriptum sive in archetypo,  
huius in B quidem nullum est uestigium seruabant autem ni-  
quale fallor, illi multi codices, qui etiam si uersum 747 non  
omittunt tamen pro nec plura locutus exhibent sic milite iusso,  
quod quomodo Cortius cum uersu 747 junctum intellegi no-  
uerit, equidem perspicere nequeo, speratum autem est, sic mi-

lite iusso pertinere ad illam scripturam quo est in B, huius contra nec plura locutus ad eam quam reliqui libri habent; neque quisquam negabili sic militē iusso scriptura recepta aplissime procedens sententiam, dum modo cum Oudendorp<sup>ius</sup> ita interpongamus:

sic militē iusso: —

ire super gladios supraque cadaverq<sup>um</sup> patrum

et eneos calcare duces, quae fossa, quis agger

sustineat pretium belli scelerumque potentes?

quac quanto illi quam supra scripsi praestet, sponte adparet.

Neque ille uersus qui est VIII 87 recte ab editoribus seruatus est, haec enim leguntur a u. 85:

namque haec mandata reliquit

Pompejus uobis in nostra condita cura,  
me cum fatalis tetu damnauerit hora,  
excipio, o nati, bellum civile.

in quibus uersus 86 eici non debebat uel propterea ne haec mandata reliquit nimis nude positum relinquere: neque quidquam offensionis huic uersui inest, tanto maiorem habet proximus. quid enim? num usquam Cornelia dixit se ipsam ciuilia bella excepturam esse, ut hic cum per ipsam hoc fieri nequeat, filiis hanc proincolam tradere possit? aut quidnam communio habet Corneliae mors cum bello ciuili a filiis excipiende?

Similiter etiam eiusdem libri uersus 253 et 254 defendi nequeunt. Legitur enim a u. 251:

sic ille profatus  
instituit pupi<sup>m</sup> iunorum comitanto tumultu.  
actum Romanis fuerat de rebus, et omnis  
indya seruitu<sup>m</sup> seruebat littore piceas.  
Quibus in uersibus italde offendit actum puerū illud pro  
quo actum erat necessario scribendum fuit, heldit in similimis  
Iudeo qui est apud Florum II. 12 (Iahn): actum erat de pul-  
cherrimo imperio nisi coniuratio in Ciceronem et Antonium  
consules incidisset. + Weberi fuerit uix exemplis idem

neis defendi poterit deinde *indigat adiectionum* cupidum hoc solo quantum sciām loco significaret. *Ad hanc sententiam* ergo uersus, de quibus adhuc egi, uel per se ipsi sive maiore siue minore cum ueri specie ipsi Lucano abitudandi et interpolatori tribuendi sunt, priusquam autem pergam, paucis redeundū nihil est ad duos uersus, quorum difficultatem aliquam, ne disputationis ordinem turbarem, intactam supra reliqui, qui sunt libri X a uersu 311:

uersus multitudine reuocat piger alueus undas  
qua dirimunt Arabum populis Aegyptia rura  
regni claustra Philae. mox to deserta secentem,  
qua dirimunt nostrum rubri commercia ponti,  
mollis lapsus agit.

Quorum uersuum quartum qui est 314 Balaui induxerunt propter sententiam non intellectam et *qua dirimunt* uerba in uersuum 312 et 314 initio insuauiter repetita, uersum ortum esse rati ex Seneca, qui in naturalium quaestionum libro III 2, 3 haec scripsit de Nilo, *egressus Aethiopiam harenasque per quas iter ad commercia Indici maris est.* unde uersum ortum esse concedo: desumpsit uero ipse Lucanus, qui in reliquis non minus Senecam secutus est, neque enim probabile est, Lucanum qui aliis quas Nilus perecurrit terris semper relativa enuntiatione definitionem quandam addidit, hoc loco eam omisso. at concedendum est, uersum talēm qualem in libris habemus intellegi prorsus non posse. nec magis ferranda est Weberi emendatio, *Quae dirimunt nostrum rubro commercia ponto,* in qua nec *nostrum* pro eo quod est *nostrorum* Lucaneum est — omnino hic usus rarissimus est in latinitate —, nec Senecae uerba variantur sed aduersa fronte pugnant. uerum Cortius uidit, *Qua pergunt* (potuit etiam *pene trahunt*) *nostrī qd rubri commercia ponti*, *dirimunt*, ex uersu 312 errore *huc translatum* est. *Ad hanc sententiam* Brévior esse possum in reliquis uersibus in BM omissis recensendis quibus alterum quod dixi genus constat. horum uersuum enim omnium sc̄a est ratio ut tam bene addi quam

omitti potuerint, quod sc̄um ab editoribus de omnibus concessum sit; nolo omnia argumenta quibus fortasse in singulis alterutram sententiam paulo magis tueri possimus; hoc loco recoquere itaque entutorasse tantum huic generis uersus satis habui. leguntur uero hi uersus III 171—677—678, V 795—796, VI 816, VII 90 103 257—258 725 796—820—822, VIII 99—100 494 615 924. *Excepit* non *ad hanc sententiam* illud. Ilac igitur ex parte BM codicum praestantia satis adparat, cum nullus alius codex tantum interpolationum uersuum multitudinem aut omittat aut certe interpolatos eos esse aliiis rebus arguat, omnem uersus quo ultimo loco enumeravit, et si per se subditios sese non produnt, tamen hac ipsa rei quod aequet atque illi quid uere interpolatos esse docuit in his codicibus omnibus, originem suam in eandem atque illorum esse manifestum reddunt. *Ex his autem uersibus* etiam BM codicūm cogitatio aliquanto certius definiri potest. quorum quantar sit consensio et in uariis lectionibus et in interpolationibus, supra demonstratum est. cui rei si praeterea hoc accedit, quod hi soli inter uetusiores libros subscriptionem illam tam mirū in utroque conspirantem gerunt, uix praefecto aulaclolum fuerit non solum ex eodem exemplari eos exscriptos esse dicero, sed etiam hoc exemplar nullum aliud fuisse nisi id quod ipse Paulus ille Constantinopolitanus correxit et sua manu 'sōlus' emendauit, hęc nullo adhibito codice. Atquin ex BM librorum condicione aperte consequitur, uersus in eis omissos in archetypo illo aut item affuisse aut in margine tantam uel intra lineas scriptos extilisse. itaque haud fortasse improbabilius obileci, hos uersus aut omnes aut saltem eorum partem ab ipso illo Paulo Constantinopoliū confictos esse. de eiusenī qui in B in uersuum continuationem eo quo dixi modo inrepserunt prīcerto hoc adfirmauerim. hanc autem in rem ubi de reliquo rum librorum condicione dixerim recurrendū erit. *Non enim* Eidem fortasse Paulo memorabilis quaedam transpositio debetur quae in B extat et inde in alios Burianini Cortique

codices propagata est. in libro VII enim post 488 secuntur 510—520, tum demum 489—509 subiciuntur. quod etsi non sine ratione factum est, tamen uel propter ea quae de eadem re Caesar scripsit in bello civilis libro III c. 93 uolgaris uersuum ordo seruandus est.

Hucusque uero tantum ex integrorum uersuum interpolationibus horum BM codicem praestantiam demonstrauit; superest ut ipsa scripturae discrepantia iterum eandem ostendam. quod ita instituam ut B codicis scripturas cum uno alio codice cohaerenter conponam, quo pro omnium reliuorum codicium exemplo utar. hunc autem codicem Vossianum primum duabus de caussis esse uolui, primum quia eius nolitiam pleniorē quam omnium aliorum habeo: ex conlatione a me instituta, tum uero quia eum ab omnibus editoribus maximi aestimatissimum esse uidi, quod quidem quo iure factum sit, mox pateflet.

Codex Vossianus primus (A), in catalogo uetere p. 381, 51, membranaceus est forma quadrata, scriptus sacculo decimo eius rei auctor mihi est Geelius, non nono, quod nimis liberaliter dixit Oudendorpius. paginarum numerus est CCCXXVI, quae sunt uersuum uicenum quinum summa constantia. inter singulos libros singuli binius uersus uacui relicti sunt postea, quae subscriptionibus simplicibus (EXPL. LIB. — INCIP. L. 44) expleti. totus hic liber ab eodem librario nitidissime et aod curatissime scriptus est, sat crebris quidem scribendi compendiis, paucis tamen constanter uso. prima pagina superiorque secundae margo longis prolegomenis eiusdem librarii, minoribus tamen litteris exaratis oppletae sunt, quae in prima haec xastichon illud *Corduba me genuit* eodem quo carmen ipsum genere scriptum circumdant. haec autem prolegomena etiam in desperita illa B codicis pagina fuisse eam ob caussam suspicor, quia scholia quae per totum carmen in A idem librarius marginibus adscripsit, cum primis in B scholiis fere ad uerbum conspirant, ut inde excripta uideantur (cf. Weber t. III p. XV). hic quoque liber plures habuit correctores et glossatores, qui glossulis variis lectionibus, uersibus integris ad-

dendis, eodem modo atque filii dei quibus ad B codicem dixi rem suam gesserunt ut eorum non maior ad hanc questionem sit utilitas. itaque quaecunque in A et B legi dicam, ea omnia primarum esse manuum pulanda sunt.

In tanta autem quanta Lite annis seate grauissimarum corruptiarum multitudine non levissimas quasque discrepantias, qualis e i litteris, imprimitis in accusatiis, tertias declinationis, commutatis et similibus facillimis sunt erroribus in scripturarum indice addendas esse putavi, cum priuum argumenta ex eis repetita quotiens uera totiens falsa esse possint, deinde uero cum omnibus additis nimis amplius etiaderet index et grauiores illae discrepantiae ad ea quae uolo demonstranda prorsus sufficiant.

Primum igitur earum variorum lectionum indicem exhibui, in quibus B sine dubio meliorem quam A seruavit scripturam. earum autem triplex est genus, quorum primum continet singulorum uocabulorum interpolationes quae antea siue interpolationis siue supplementi siue etiam emendationis causa, ubi uerba Lucani non intellegentur, supra uersus adscripta in A in ipsorum uerborum continuitatem inrepserunt, cum B genuinam seruaret lectionem: alterius generis ea uocabula sunt quae oculis aberrantibus ex alio uicino ipso in falsum translata sunt: tertium denique omnes reliquias corruptelas complectitur, quarum cauza plerumque in sola librariorum discordia posita est.

